

calcaſſe diſputando, & convincendo per Logi- cam, & Phyſicam. Unde, quæ ſequuntur ver- ba, & in his omnibus requiem quaſivi, ſic ex- plicat: id eſt, in artibus, ſive ſcientiis ſinem ſtudii, & laboris quaſivi, & non inveni. Et illud; in hereditate Domini morabor: ita: id eſt, in Theologia morabor, non ſtudento, ſed docendo, prædicando, & ſecundum ejus re- gulam vivendo. Placet tamen ſecunda & tertia ejuſdem Hugonis interpretatio, quæ eſt de Chriſti, ac Deiparæ poteſtate, & do- minatione ſuprema in omnem præſertim ratio- nalem creaturam, quam ſuæ potentie ſubji- ciunt ubique.

Qui per Po- pulum & Gentem de- ſignantur. Pl. 2. 2.

Orige.

Qui ſunt excellentes, qui humiles.

Corda vir- tute calcare quid?

Calcave pro ſubjicere.

ſſus verbo- rum.

1169 Deinde, eſti populi voce notari ſoleat Judaïſmus, quemadmodum gentis vocu- lâ Gentiliſmus, ut claret nonnullis Interpre- tibus ex illis verbis Pl. 2. 2. Quare fremue- runt gentes, & populi meditati ſunt inania ad quæ Origenes in Carena aurea Danielis Bar- bari: Gentium nomine alienos à fide intellexit; populos vero illos dixit, qui erant ex circumci- ſione; reor tamen, quoad præſens attinet, eas fore indifferenter accipiendas populi, & gen- tis voces, pro omni creatura rationali, etiam Angelica: quam populum appellari, ſuprà ſta- tuimus ad verſum 3. hujus capituli. Atque hic extat frequentior ſacræ Scripturæ uſus. Pe- tes, quinam excellentium & humilium nomi- ne deſignantur? Omnes deſignari tam magnos, quam parvos, expoſitores arbitrantur: eſti Hugo malos, & bonos ſignificari putet. Pu- taverim, tum ſublimis & abjectos homines ſic appellari; tum etiam, excellentium voce An- gelos ſuperbientes intelligi, ob excellentem ſuam naturam; humiles vero eſſe homines ip- ſos, qui tameſſi conditione humiles & abjecti, adhuc ſuperbiâ tumidi conculcatione indi- gent potentiſſima.

1170 Itaque corda virtute calcare perinde eſt mihi, atque mirabili potentia & imperio ſublimis & humiles, utramque naturam, An- gelicam & humanam ſuperbientem, ſibi ſubji- cere. Sic explicat P. Sa; Calcavi, id eſt, mihi ſubjeci. Unde Luc. 21. 24. Jeruſalem calcabi- tur à Gentibus: id eſt, ſubjicietur Romanorum imperio, ut multi explicant. Apoc. 11. 2. Ci- vilitatem ſancſtam calcabunt menſibus quadragin- ta duobus: id eſt, ſubjicient per tres annos cum dimidio. Iſai. 16. 4. Defecit qui conculcabat ter- ram: id eſt, Diabolus, vel Sennacherib, qui ſi- bi terram ſubjiciebat. Igitur, in eo potiſſimum reſplendere ſupremum Chriſti, ac Deiparæ im- perium & Dominatum in omnes, Siracides of- tendit; quod ſibi validiſſimè ſubjecerint, uſque ad conculcationem, ſublimiſſimos, ac ſuper- biſſimos quoſque ex utraque natura, humana & Angelica; ut ſit nemo, qui JESU & Mariæ primatum non agnoſcat, ac ſubditus eis ſit. Quod jamiam ſeorſim illuſtro.

TEXTUS ILLUSTRATUS

De Chriſto Domino. SECTIO LIII.

Ampliſſimus Chriſti Jeſu dominatus calum & terram, Angelos, & homines complectens, rebel- les, ac ſuperbientes conculcans, & ſubjiciens.

1171 H Oc Chriſti Domini elogium, quo ſe ipſe digniſſimè gloriatur, continent præſecta Eccleſiaſtici verba. Illud aliunde illu- ſtrare contendo. Neque animus eſt contentio-

ſe agere de ſuprema Chriſti poteſtate, & do- minatu in Angelos, & Nationes univerſas, idque quæ homo quidem; nam hoc feliciffi- mo calamo peregerunt ex noſtris Mendoza in lib. 1. Regum cap. 2. verſ. 10. Annotatione Mendoza; 15. Sect. 2. & 3. & Serlogus tom. 2. in Cantica veſtigiatione 3. Sect. 2. in explanatione myſti- ca: qui pro ſpirituſali, & temporali Chriſti im- perio multos enumerant; ac rem totam erudi- te diſcutiunt, & elucidant ſuo ex more. No- ſtram tamen navabimus operam, non pugna- cem, ſed amœnam, pro Siracidis verbis elu- cidandis; quandoquidem illa ampliſſimum Chri- ſti continent regnum, quod omnes Angelos, & Nationes univerſos complectatur.

1172 Huc in primis ſpectant quæ olim Pfalmographus decantavit lirâ; Tecum princi- pium in die virtutis tuæ, in ſplendoribus ſancto- rum ex utero ante luciferum genui te. Pl. 109. 3. De Chriſto Domino, quæ homo eſt, & ex Matre Virgine corporatus temporali genera- tione inter ſancſtatis ſplendores, ſermonem eſſe multi arbitrantur apud Lorinum noſtrum & Agellium. Unde Eufeſebius ex Hebræo leg- git: Ex Maria genui te, ut ſuprà obſervavi. Hebræa & Græca pro tecum principium, habent tecum principatus, numero multitudinis. Quafi dicat; Tecum à puncto tuæ concepſio- nis, omnes omnium principatus; id eſt, in om- ni populo, & in omni gente principatus, ſeu primatus. Quam vim etiam explicat vox prin- cipium, ut conſtat ex Jacobi Epiſt. cap. 1. 18. Voluntarie genui nos verbo veritatis, ut ſimus initium aliquod creatura ejus: Græcè, ut principatum teneamus inter omnes creaturas. Ubi S. Thomas ad hunc locum initium pro dominio accipit, quod homo naturaliter habet in omnes creaturas. S. Hieronymus, & alii ex Hebræo legunt, Populi tui duces ſpontanei. Vel Populus tuus ſpontaneus, ac voluntarius. Ac ſi omnes unâ populi, & univerſæ Natio- nes Chriſtum tanquam ſuum Regem ſua ſpon- te ſequantur. Quod ſi rebelles ſint aliqui, eos calcaturus ſit & ſubjicturus. Id enim ſonant antelapſa ejuſdem Pfalmi verba, Sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcæbellum pedum tuorum. Et illa, Dominare in medio inimi- corum tuorum: Hebræicè, in interiori, in corde. Quod noſtris conſonat, Omnium excellen- tium, & humilium corda virtute calcavi. Pro qua re explicatiùs apud Hebræos, quibus vir- tus eſt fortitudo, triumphus, exercitus, reg- num, prælium, transferas: Tecum principa- tus, tecum primatus, in die fortitudinis tuæ, in die prælii, regni, triumphi, & exercitus tui. Chaldaeus, in die, quo omnium commiſereris. Elegans eſt Chriſti pictura Regis ſacræ ma- jeſtate pleni, in omni populo & gente pri- matum, ac principatum tenentis, omnia poſ- ſidentis, ſuoque ſubjicientis imperio, vel à ſuæ Incarnationis inſtanti; imò à tempore, quo conditi Angeli ſunt, quod fuit dies for- titudinis, exercitus, & prælii Domini. Tunc enim, ut ſuprà ſtatuiſmus, omnibus Angelis propoſitus Chriſtus eſt, tanquam caput & Do- minus Angelicæ & humanæ naturæ præpo- nendus. Boni Angeli Chriſtum adorantur; Lucifer, & Angeli ejus ſuperbiâ in tranſver- ſum aſci, Chriſtum noluerunt ut caput agnoſce- re, neque adorare. Unde factum eſt prælium magnum in calo: Michael & Angeli ejus prælia- bantur cum Dracone, & Dracone pugnat, & Ange- li ejus. Apoc. 12. 7. Ecce Chriſti ampliſſimus

Pl. 109. 3. Elegans Chriſti pi- ctura Regia majeſtate conſpicui, & ſuo omnia ſubjicientis imperio.

Jacob. 1.

Dies regni, exercitus, prælii, & triumphi Chriſti à prima Or- bis fabrica;

Apoc. 12. 7.

Chriſtum ſupremum Orbis Regem Pontifex Hebræus reli- gioſè veſti- tus adum- brabat. Exod. 28. 36.

Jeſus, nomen Domini, & nomen principatus. S. Hieron.

Judæ v. 5.

Exod. 28. 33.

Sap. 18. 24.

Hebræ. 2. 8.

Chriſti no- men, & reg- num ubique adoratur, & colitur. S. Hieron.

Tertul.

Abac. 3.

S. Hieron.

dominatus in homines, in Angelos, rebelles quoſque conculcans.

1173 Cantantiſſimus eſt pontificius orna- tus ſummi Hebræorum Antitiſtis Exod. 28. Erat quidem pulcherrimus, varius, & ob ma- teriæ præſtantiam, artiſque ingenium glorio- ſiſſimus, arcaniſſimus. Notatu ſunt maxime di- gna duo illa, & tiara, & tunica hyacinthina. De tiara ſic habes v. 36. Facies & laminam de auro puriſſimo, in qua ſculpes opere celatoris ſancſtum Domino, & erit ſuper tiaram immi- nens fronti Pontificis. Pro Domino Hebræicè eſt Dei nomen tetragrammaton Jehovab, ex quo nomen JESUS concinnatum multi exiſtimant, & hoc in illo contineri. Unde S. Hierony- mus Epiſt. ad Fabiolam: Quod olim in lami- na monſtrabatur, nunc in ſigno oſtenditur Cru- cis. Cerè utrumque nomen & Jehovab, & JESUS veri ſolent Græco vocabulo Kopto, id eſt, Dominus. Nam Exod. 6. 3. pro Jeho- vah Vulgatus poſuit Adonai, id eſt Dominus, & LXX. Kopto reddunt. Quæ vox ponitur etiam pro JESU in Judæ Epiſtola v. 5. JE- SUS populum de terra Aegypti ſalvans. Ubi pro JESU eſt Kopto quod Dominus eſt. Nonne ſaus congrua hæc tibi videtur inſcriptio, fronti imminens ſacerdotali, & ſupremum tenens locum; ut ænigmaticè portendatur Chri- ſti, quæ homo eſt, juſ & dominium, primatus & principatus? Haud dubium cordato viro erit; præſertim ſi expendat tunicæ hyacinthinae ornatum, de quo eo Exodi capite v. 33. Deor- ſum verò ad pedes ejuſdem tunicæ, per circuitum, quaſi mala punica facies, mixtis in me- dio inimicabilis. Porro mala punica hæc è tunicæ limbo dependentia, duo & ſeptuaginta fuiſſe non pauci exiſtimant cum S. Hieron. E- piſt. 128. ut omnino illis deſignarentur Natio- nes mundi univerſæ, quæ in ſeptuaginta duas initio ſunt diſperſitæ. De quo Pererius noſter in Genef. 16. diſput. 10. & P. Maldonatus in Luca 10. 1. Atque in hoc ſenſu capienda Sa- pientia verba c. 18. 24. In veſte poderis (hya- cinthina ſcilicet) totus erat orbis terrarum. Quia nempe in ea erant ſeptuaginta illa malogranata, regnorum omnium, & univerſarum mundi na- tionum typus, ut videlicet ſymbolicè demon- ſtraretur univerſale Chriſti Dominium, & po- teſtas in omnia mundi regna, populos, & gen- tes univerſas. Sed cur in ſimbria veſtis illius? Eſt enim hoc, quod Paulus ad Hebræos di- xit cap. 2. 8. Omnia ſubjeciſti ſub pedibus ejus: in eo enim quod omnia ei ſubjeci, nihil dimi- ſit non ſubjectum ei. Similia habet 1. ad Corin. 15. 27. Huc videtur ſpectaſſe S. Hieronymus loco memorato, de lamina aurea, inſculpto- que JESU nomine, quod dominium præ ſe fert, loquens. Imperfecta, inquit, ſunt univerſa, niſi tam decore curru dignus auriga quærat, & ſuper creaturas creator exiſtens regat ipſe quos condidit. Rectè proinde Tertullianus lib. ad- verſus Judæos c. 7. Chriſti regnum, & nomen ubique porrigitur, ubique creduntur, ab omnibus gentibus coluntur, ubique regnat, ubique adora- tur. O quanta hujus regni amplitudo! In omni populo & in omni gente. Omnia utique regna complectitur.

1174 Præclarum æquè ac pulchrum extat ad rem noſtram teſtimonium apud Vatem Habacuc cap. 3. ubi ſermo eſt litterariis depri- mo in primis Chriſti adventu, ut ad illa ver- ba, Deus ab Auftro venit, rectè obſervat S. Hieronymus: Bethleem ſita eſt ad Auſtrum, in P. Ildeph. de Flores in Ecclēſ.

qua natus eſt Dominus, atque Salvator: & Vaticinium ipſum eſſe, de quo nunc dicatur, Dominus ab Auftro venit, hoc eſt naſcetur in Bethleem, & imperio am- pliſſimo, poti- ſſimo.

1175 Belliſſimè conſonat Propheta Mi- chæas cap. 1. 3. Ecce Dominus egredietur de loco ſuo, & deſcendet, & calcabit ſuper excel- ſa terra. Et conſumentur montes ſubtus eum, & valles ſcindentur ſicut cera à facie ignis, & ſicut aqua, quæ decurrunt in præceps. Se- quor Eufeſii Caſarienſis expoſitionem li- bro 6. demonſtrat. caput 13. & libro 7. ca- put 2. demonſtrat. 3. & Sancti Thomæ in Pfalm. 10. Lect. 1. & 2. & Bibaldi in Gloſſis ad Petri Cavelerii zelum Chriſti contra Judæos 1. part. articul. 5. exſtimantium hunc Domini egreſſum

1176 Quædam eſt ſententia, quæ ſubſtantiam Dei in ſubſtantia creaturæ ſubſtat, & ſubſtantiam creaturæ in ſubſtantia Dei ſubſtat. Hæc ſententia eſt, quæ dicitur, Deus in Deo, & Deus de Deo. Hæc ſententia eſt, quæ dicitur, Deus in Deo, & Deus de Deo. Hæc ſententia eſt, quæ dicitur, Deus in Deo, & Deus de Deo.

1177 Quædam eſt ſententia, quæ ſubſtantiam Dei in ſubſtantia creaturæ ſubſtat, & ſubſtantiam creaturæ in ſubſtantia Dei ſubſtat. Hæc ſententia eſt, quæ dicitur, Deus in Deo, & Deus de Deo. Hæc ſententia eſt, quæ dicitur, Deus in Deo, & Deus de Deo. Hæc ſententia eſt, quæ dicitur, Deus in Deo, & Deus de Deo.

1178 Quædam eſt ſententia, quæ ſubſtantiam Dei in ſubſtantia creaturæ ſubſtat, & ſubſtantiam creaturæ in ſubſtantia Dei ſubſtat. Hæc ſententia eſt, quæ dicitur, Deus in Deo, & Deus de Deo. Hæc ſententia eſt, quæ dicitur, Deus in Deo, & Deus de Deo. Hæc ſententia eſt, quæ dicitur, Deus in Deo, & Deus de Deo.

1179 Quædam eſt ſententia, quæ ſubſtantiam Dei in ſubſtantia creaturæ ſubſtat, & ſubſtantiam creaturæ in ſubſtantia Dei ſubſtat. Hæc ſententia eſt, quæ dicitur, Deus in Deo, & Deus de Deo. Hæc ſententia eſt, quæ dicitur, Deus in Deo, & Deus de Deo. Hæc ſententia eſt, quæ dicitur, Deus in Deo, & Deus de Deo.